

FK.134

71

De studio orationis gentium
exercenda juventutis

Liber
Gda
St

IIg
520

X1860722

Q. F. F. Q. J. E. D.

DANIAM

FLORENTEM , LUGENTEM

& Optime sibi CONSULENTEM ,
CHEMNITII,

Actu Declamatorio ,

D. 30. Novembris. M. DC. IC.

expressurus

NOBILISSIMORUM
ECCLESIÆ, REIPUBLICÆ
SCHOLÆQUE PROCE-
RUM FAUTORUMQ;

præsentiam

submissa animi venerazione

Orat


M. GODOFREDUS SCHULZIUS ,

RECTOR.



12

Ex Illustri ad Albinum Literis JO. HAKII.





Ubertatis exercendæ exornandæque curam, omni seculo-
rum memoriam, cultioribus & gentibus & ingenii incu-
buissæ, quis acutæ mentis, & limatioris, si videri velit,
ingenii, unquam vocavit in dubium? Nam ut nec hor-
tus nec ager lætâ quadam & spe & specie efflorescit, ni-
si exerceas terram variaque & laboriosâ quadam cultu-
râ disponas atque iterum iterumque præpares, ut fru-
ctus (cœlo tamen annuente) respondeat: ita spe prorsus inani lactaris, si
componendis ad virtutis artium & scientiarum habitum animis operam na-
vans non aliis atque aliis curis exercitiisque ad eam formam finixeris, cuius re-
facies ad amorem sui pertraxerit. Confirmantur enim multum, qua-
viros sumunt exercendo & in labore ponunt assiduo studium. Fieri
certè nequit, quin accedat aliquid viribus, si robur exerceatur & virtus a-
gendi, nervos intendendo, crescat. Nisi res ipsa loqueretur, in contra-
rias, qui languidiori sunt animo, facile distraherentur sententias. Suas
quisque Docentium exploret vires & liberiori velim profiteatur ore, annon
continuis cœlum fatigando precibus & laboribus exequendis non remit-
tentibus perfecerit & consummârit omnia. Quantum momenti posi-
tum in indefesso exercendi studio, vel è diametro pateat, si quis eos con-
sideret, qui, abjectis industria laudandæ curis, otio & desidia manus in-
geniumque relanguescere patiuntur: nam celerrimè cognoscet, subito de-
floruisse &, quod majus est, agendi virtutem consenuisse. Eam ob
causam ab ultimis retro lapsis seculis, ne per laborem capta bonorum in-
crementa effluerent lasitudine, toti fuere in subministrandis juventuti
exercitiis. Ab Ebræis origines repetere, nulli, quod spero, tædio fue-
rit. Hieronymus autor est, in Judæorum suburbis oppidisque magnæ
quodammodo molis & formæ quidem rotundæ jacuisse lapides, hoc con-
filio, ut iis ferendis adolescentia impendens operam, viribus corporis ad-
deret robur. Tollendis enim primum, inde genibus admovendis, tum
ad humeros allevandis, tandem supra capita & altius attollendis labore
multo multoque sudore insu[m]ebant operam, atque sic, adultiores tacti,
palmam alter alteri præripere laborabant. Quis non videt, in mino-
rum studio & quæsivisse & invenisse illos experimentum majorum? Ne
lapis supra lapidem sedeat, omnis solertioris curæ movendus est lapis.

Si

Si Græciam adire vellemus, à primis ineuntis ætatis annis tam solertes
tam industrii ejus sese offerrent cives in imponendis laboribus, quibus po-
sterior ætas defungeretur, ut non uno in loco aut urbe copiam nanciscere-
tur & imitandæ virtutis & gloriæ perennis ac sibi propriæ comparandæ.
Misfis Italos, Hispanos, Gallos aliisque, ad Hyperboræas placet plagas excur-
rere, ut à nivoso hoc nostro tempore petamus consilium. Olaus Wor-
minus in suæ gentis laudem stilo consignavit, Morem Septentrionalium po-
pulorum fuisse, providâ quadam sagacitate adolescentes, diversis bellandi
exercitiis & artibus castella impugnandi exercere & excitare, quibus præ-
fertim tyrocinia, sine cæde & sanguine ac quovis vitæ periculo, hæc ag-
gredi putent voluptuosum : & ob id quotannis hyeme durantibus nivi-
bus, loco aliquo eminenti turmatim à majoribus excitati congregan-
tur adolescentes, conformi labore immensas nivium moles comportan-
tes: è quibus propugnacula ad formam castrorum mœniorum, feriatis
saltē diebus solicite fabricant, aqua structuram hujusmodi fenestrī di-
stinctam continuò aspergentes, ut nix cum aqua taliter congesta, accedente
frigore validius induretur. Quâ diligentia sic fortificantur, ut non solum
leyesictus, sed ærcos globos, atque impulsū testudinum [quatenus opus]
possent sustinere. Quibus paratis, adolescentes prædicti in diversas tur-
mas segregati, pars mœnia ingreditur contuenda, pars foris remanet eadem
impugnanda. Nec desunt in castris atra, seu fusca vexilla, aut virides
Juniperorum rubi: sub quibus non pecuniæ, sed solius laudis appetitu,
voluptuosum ingrediuntur certamen; quod aliis armis utrobique non
committitur, nisi niveis globis in alterum è manu projectis. Statuta
enim poena est nudi corporis in gelidam aquam immergendi, ne quis glo-
bis hujusmodi nivalibus saxum, ferrum, lignum aut glaciem projecturus
involvat. Sunt, qui more cuniculorum, inferiores nivium bases perfo-
rant. Pugnis certatur cominus, donec vexillo rapto pars succumbat.
Neque segnius ludos hujusmodi committunt, quam si pro aris & focis
certarent. Profugos vero & meticulosos pugnam excedentes, nivibus
dorsotenus inter cutem vestemque immisis, ubi deprehensi fuerint, insol-
lentibus verbis ac vocibus, punitos absolvunt, ut alias fortius reversuri per-
sistant, & acrius defendant castra &c. Viden' hic ruditate suâ & bar-
barie laborantes graviter desudâsse in exercendis excolendisque gravioris
curæ ingeniis. Dicis: Primam hæc præ se ferre pueritiam. Sed quis in
virum evasit non prius puer? Sint licet pueritia, præludia tamen sunt &
primæ virtutis præexercitamenta. Sicut illa ætas bellis vacabat & mi-
litandi peritia studebat inclarescere: ita ad militaris peritiae excellentiam
acuebat ingenium, corpus obfirmabat, seque totum componebat, ut gloriam
aliis anteverttere, si posset, moliretur. Vere enim & argutè Vegetius:
Nulla, inquit, alia re videmus populum Romanum orbem subegisse terra-
rum, nisi arinorum exercitio, disciplina castrorum usque militiæ, & pau-
lò post: Adversus omnia profuit tyronem solerterem eligere, jus (ut ita
dixerim) armorum docere, quotidiano exercitio roborare, quæcunque
evenire in acie, atque præliis possint, prænoscere, severè in desides vindicare.
Scientia enim bellicæ rei, dimicandi nutrit audaciam. Nemo
facere metuit, quod se bene didicisse confidit. Quid de Germanis di-
cam? Pro me loquatur Tacitus, hostis licet, idem tamen & laudandæ
virtutis integerimus æstimator. Nostris enim plena manu dare velle
laudem,

SH Tg 520

laudem, plus invidiæ nobis, quam laudis conciliaret. Ergo nec exponam,
quam illustres exercendo Nostri fuerint, quam quales se præsent, qui æmu-
landæ virtutis gloriam sunt adepturi. Licet verò propria nobis sint &
domestica, quibus exprimendis inhærcere possimus, quia tamen prolixam
nos alio iis tempore fecimus operam, aliena (quod nostri jam est seculi)
admirari constitui. DANIÆ nobis hac vice Illustris visa est, quæ accen-
dendis æmulandisque virtutibus præferret facem. Non enim SAXO-
NIÆ modò Nostræ SERENISSIMÆ cum ILLA à multo temporum de-
cursu Conjunction nos obstringit, ut Pietati litare fas esse ducamus Exe-
quiis POTENTISSIMI quondam REGIS CHRISTIANI V. quo par est,
cultu cohonestandis, bonæ mentis deferre studia; sed & Fama per or-
bem Inclita nos devincit, ut & ad Regni florem, & ad Regis verè
Christianissimi Virtutes & ad Legum saluberrimarum Decus adspiremus.
Qvo nomine juventuti ad verum decus expoliendæ & in area declaman-
do exercendæ dedimus, ut à Septentrione dicendi peteret argumentum.
I. Qui aperiat carceres, Paulus Liebert / C. M. excutiendum vetus offerat
Proverbium: A Septentrione malum: II. Christianus Debnius, Rochlitz-
Misn. DANIAM describat FLORENTEM. III. Salomo Fridericus Bötti-
gerus, Ch. M. per Ethopœiam exhibeat DANIAM ex Regis sui obitu LU-
GENTEM. IV. Johannes Christianus Hoffmannus, Franckenb. Misn. DA-
NIAM delineet Legislatione sibi CONSULENTEM. V. Denique Christi-
anus Aurich / C. M. FRIDERICI III. Daniæ Regis cum SERENISSIMO
POTENTISSIMOq; DN. FRIDERICO AUGUSTO, POLONIARUM
REGE & SAXONUM ELECTORE facta Comparatione ominetur fausta
& gratias agat. Ut autem Reverendâ Dignitate, Eruditionis Excellen-
tia & Famæ Amplitudine Nobilissimi Inspectores, Patroni Fautoresque
accedere velint frequentes, vel eo nomine rogitamus enixè, ne Juventu-
tis ad majora desit stimulus. Non parum enim accenduntur, si laborem
& industriam suam non fastidiri à Doctis observant. Quæ à nobis
proficiisci possunt pensandæ fidei studia, sanctè
pollicemur.



1077

MC



Propterea excepit
Etus (cœlo taine
componendis ad
vans non aliis atq
facies ad amore
vires sumunt exe
certè nequit, qui
gendi, nervos in
rias, qui languid
quisque Docenti
continuis cœlum
tentibus perfecer
tum in indefesso
sideret, qui, abje
geniumque relan
floruisse &, quo
causam ab ultim
crementa effluer
exercitiis. Ab
rit. Hierony
quodammodo in
filio, ut iis ferem
deret robur.

ad humeros allel^{in ch} Cen^{it} altius attollendis labore
multo multoque iuore immundam operam, atque sic, adultiores facti,
palmam alter alteri præripere laborabant. **Quis non videt**, in mino-
rum studio & quæsivisse & invenisse illos experimentum majorum? Ne
lapis supra lapidem sedeat, omnis solertioris curæ movendus est lapis.



que curam, omni seculo-
gentibus & ingeniis incu-
limatiōris, si videri velit,
ibium? Nam ut nec hor-
e & specie efflorescit, ni-
laboriosā quadam cultu-
amque præpares, ut fru-
prorsus inani lactaris, si
itum animis operam na-
formam finxeris, cuius te-
tur enim multūm, qua-
duo studium. Ficeri
ur exerceatur & virtus a-
posa loqueretur, in contra-
ntur sententias. Suas
m profiteatur ore, annon
exequendis non remit-
Quantum momenti posi-
o pateat, si quis eos con-
tatio & desidia manus in-
imè cognoscet, subito de-
consenuisse. Eam ob-
rem capta bonorum in-
ubministrandis juventuti
quod spero, tædio fue-
arbiis oppidisque magnæ
acuisse lapides, hoc con-
sum, viribus corporis ad-
enibus admovendis, tum
altius attollendis labore
que sic, adultiores tacti,
uis non videt, in mino-
mentum majorum? Ne
uræ movendus est lapis.